fines Regni prehensione piscium innudatione aquarum pontium et aggerum ruptione premissa euadere volendo imo his et alys cunctis in vniuersum iuris remedys et defensis legalibusq. et illegalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus humaniq. ingenii acrimonia excogitatis et excogitandis se et suos successores abscribendo et abrenunciando Submissione sua suorumq. successorum totius et integra causa Personali recognitione in premissis mediante.

Eiusdem Quietatio.

Coram Officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi et actis Officy eiusdem personaliter comparens Nobilis Bartolomaeus olim Boguslai Poplawski in Poplawy et Skrzypki haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisq. perexpressis recognouit Quia Nobilem Annam Przymalanka relictam consortem olim Nobilis Leonis Sieben de solutione summa Quinquaginta Florenorum grossorum numeri et moneta polonicalis debiti certi et liquidi in summa olim Nobilem Zophiam Przymalanka spectante inscripti ob cessitam sibi sufficientem satisfactionem quietat et liberam facit ac inscriptionem pro eius interesse cassat annihilat et mortificat perpetuis temporibus, pro interesse vero Nobilis Joannis Wysocki saluam inscriptionem in toto cum eius ligamentis reservat Personali recognitione mediante.

Poplawski Quietatio.

Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas Anzelmus Szablowski in Szably dictus Lomzensis et in Poplawy districtus huius Branscensis haeres Vicenotarius Castrensis Branscensis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit Quia Nobilem Bartholomaeum Poplawski olim Nobilis Boguslai Poplawski filium de solutione summa Triginta sex Florenorum Polonicalium ad rationem summa Centum Florenorum Polonicalium debiti certi veri et liquidi debiti coram actis hisce Castrensibus Branscensibus inscripti ob cessitam sibi ab ipso sufficientem et plenariam satisfactionem quietat et liberum facit ac inscriptionem pro interesse summa suprascripta Triginta sex Florenorum Polonicalium seruientem cum toto eius effectu cassat annihilat et mortificat perpetuis ac aeternis temporibus Hac sua praesenti personali recognitione in praemissis mediante.